

Johann Cothmann Marcus Andraea

Disputatio Theologica De Sacramentis In Genere

Rostochi[i]: Richelius, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739699296>

Druck Freier  Zugang



Vert.: A. Andreae

Joh. Cöthmann h.d.
R. U. theol. 1635.

Cum bono Deo.

Disputatio Theologica

DE

SACRAMENTIS
IN GENERE,

Quam

Permissu Reverendi & Amplissimi Collegii
Theologorum, in Alma Rosarum Academia,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariss. & Excellentissimi Viri

Dn. JOHANNIS COTHMANNI,

S.S. Theolog. Doctoris & Professoris eximii,
Præceptoris ac Promotoris sui multis nominibus
suspiciendi, colendi.

Publico Examine subiicit

MARCUS ANDREÆ Holsat.

Ad diem 26. Augusti, in Auditorio Majori,
Horis matutinis.



ROSTOCHI

Literis hæredum Richelianorum

ANNO MDCXXXV.

1635

18

27
32

Disputatio Theologica
DR.
SACRAMENTIS
IN GENERE



ΣΥΝ ΘΕΩ.

DISSERTATIO THEOLOGICA

De

Sacramentis in genere.

Quanta Dei benignissimi miseros
Q in homines bonitas existat & misericor-
dia, quamq; serio salutē cupiat omnium,
ex hoc videre proclive: quod ipsis lapsis
non solum sui veram agnitionem, (quā sine salvari
non poterant) & de Filio Mediatore promissionem
per Evangelium revelavit; verum etiam promissio-
nibus externa signa sive ceremonias addidit, quibus
ipso, tanquam certis de datis promissionibus sigil-
lis, certos reddere voluit. Cum enim verbum pro-
missionis omnino nullo modo nobis profit, nisi cre-
damus ipsi, bonaq; promissa verā fide nobis appli-
cemus; fides autem non sit in nostris sita viribus,
sed unicum solius Numinis supremi opus, visum fuit
Deo, media ordinare, per quæ fidem in cordibus ho-
minū produceret, productamq; conservaret & con-
firmaret. Hujusmodi a media Ecclesia agnoscit quoq;
inter alia & ipsa Sacramenta, hæc e. sunt certissima
voluntatis Dei erga nos signa, & testimonia sive
παραδείγματα infallibilia promissæ gratiæ, ut testatur Pau-
lus Rom. 4, vers. II. Tanti itaq; cum sint facienda
Sacramenta, ut illa agnoscamus media, per quæ cum

A 2

verbo

verbo conjuncta, Deus ad salutem credentium effi-
cax sit, & promissionem gratiæ & vitæ singulis ob-
fignet; non abs re nos facturos auguror, si de verâ
Sacramentorum doctrinâ paulò uberius disputave-
rimus. Quæ omnia divini nominis ad gloriam, &
Ecclesiæ salutem ut vergant, faxit Jehova.

ΠΡΟΘΕΡΡΙΑ.

SECTIO PRIMA.

De

Onomatologia.

Cognito nobis Adversariorum ingenio, qui plerunq; in vocis ho-
monymia ludere solent, ad rem utiq; maximè faciet, *ὁμοῦ*
ῥῆσι sive preliminarè quandam considerationem instituire, subq;
illâ cum *ὀνοματολογία*, tum thematù in certo predicamento con-
situtionem contemplari. Dicitur autem

I. SACRAMENTUM.

Voce à sacrando, ut ornamentum ab ornando, deductâ: quia in
Sacramentis non solum Deus sub signis visibilibus secretè operatur sa-
lutem, verùm etiam per Sacramenta homines sese Deo consecrant
& offerunt.

II. Varia sunt hujus vocis significationes. Sumitur enim vel
in sensu Politico vel Ecclesiastico.

III. Politicè sumta vox Sacramenti notat 1. pignus aut de-
positum aliquod, sub cuius jacturâ litigantes olim jure experiebantur,
ut scribit Varro. Unde postea capta est laxius usurpari vox
Sacramenti pro quovis pignore, ut ex scriptis Ciceronis aliorumve
Autorum satis superq; constat. 2. Juramentum militum, quod
orig. l. 4. Sacramentum militare vocari consuevit, teste Cicerone. (Quâ ra-
tione etiam licet non univoce, tamen analogicè vox Sacramenti Ba-
ptismo convenit, quippe qui est Stipulatio bonæ conscientie cum Deo,
1. Pet. 3. vers. 21.) Hac vocis acceptio jurû civilû Doctõribus an-
sam præbuit, ut pro quovis juramento in genere illam sumserint,
quemadmodum Festus tradidit.

IV. Ec-

IV. Ecclesiastice sumitur vox hac 1. Generaliter pro quâ
 vi re sacrâ & arcana, in cuius notitiam mens humana proprii viri-
 bus penetrare nullo modo potest. Sic Christi & Ecclesie conjunctio,
 Eph. 1. v. 3. 2. ut & Christi incarnatio, 1 Tim. 3. v. ult. Imò & gentium
 vocatio, Eph. 3. v. 3. 4. Sacramenti nomen in vulgatâ editione sibi ven-
 dicant. 2. Minus generaliter, pro signo externo rerum divinarum; sic
 fermen, granum sinapi, fermentum, gemma, agricultura, messu &c.
 sunt regni cœlorum Sacramenta, vide Matth. 13. & passim. Et huc
 accedit Augustini sententia dicentis: Instituta à Deo rerum divina-
 rum signa, humani eloquii inopiâ, & faciliori doctrina causâ, Sa-
 cramenta dicta sunt. 3. Specialissime, pro actione divinitus insti-
 tutâ, quâ sub re terrenâ & visibili bona offeruntur invisibilia. Et
 hac significatio, (licet & reliqua suo modo Sacramentis conveniant)
 ut est strictissima, sic etiam presentis Articuli maxime propria.

V. Hujus vocis specificè sumta, ἡ μυστήριον certe ἀγγεῖον, & ἡ
 ἄγνωτος utiq; ἐγγεῖον, exhibet Luthero probata, (licet id Belo-
 larm: perperam neget) & contra Carolstadium asserta, ex Latina
 Bibliorum versione per scriptores Ecclesiasticos introductio non po-
 test esse incommoda, quapropter etiam illam approbatam retinemus,
 hæc tamen additâ cautelâ, quod vox Sacramenti in strictissimâ hac
 significatione, modò pro signo sive Symbolo externo, modò pro toto si-
 gno & signato, modò pro signo, signato & fructu simul à scriptoribus
 Ecclesiasticis usurpetur, ut præter alios habet Brochmannus, ac tan-
 dem pro ipsa sacramentali actione.

FI. MYSTHPION.

Quæ vox sepositâ, non tamen prorsus rejectâ cæteris origina-
 tionibus, commodissime derivari videtur τὸ τὸ μυστήριον i. e. sacrû ini-
 tiare, quia sic ritus Ethnicorum initiatorii religionis idololatrice
 sunt dicti, Gerhardus. Hinc à prophanis mutuati sunt hanc vocem
 Ecclesiastici Scriptores Latini.

II. Hæc autem vox ἐκ τῶν πολλῶν ὡς λεγομένων, itidem
 sumitur ut vox Sacramenti, vel 1. Generaliter, pro quâ vi re arcana
 & secretâ, ut Sap. 2. v. 22. Tob, 12. v. 7. &c. Vel 2. Specialiter,
 pro

Luther. in
 lib. contra
 celest. Pro-
 phet. ut &
 in confess.
 majore.

Bellar. l. i.
 c. 7. p. 17.
 & 18. D. de
 Sacram. in
 genere.

Brochm. in
 Syst. Theol.
 part. 2. fol.
 134. de Sa-
 cr. sect. 1.

Gerhard.
 in L. C. de
 Sacram. c.
 1. p. 396.
 & 397.

pro quovū rei sacra signo, Matth. 13. v. 11. Ephes. 1. v. 9. cap. 3. v. 2.
 Et hactenus cum significatione vocū Sacramenti congruit. vid. Col. 1.
 v. 26. 27. Ephes. 3. v. 9. Tertiam autem significationem, quā
 ϩυστηριον rei sacra signum, certo verbo vestitum, significare ab ad-
 versariū fingitur, tanquam propriam probare non possumus; nullibi
 enim hoc sensu vocabulum ϩυστηριον in sacris acceptum reperitur,
 tūm sub eā periculosiores à Sacramentariū pura nostra doctrina
 Hutter. in struuntur insidia, ut D. Hutterus docet. Probè itaq; Canon hic sub-
 L. C. de sequens contra Calvinianos notandus:
 Sacramenta, propriè & essentialiter sumta, non rectè di-
 Sacram. cuntur mysteria, multò minus tanquam mysteria participanda;
 p. 190. sed prout à Christo instituta, sumenda & accipienda.

III. SIGNUM.

Omissā huius vocū notatione, quæ facillima, ambiguitas venit
 attendenda. Signa autem quod sint talia, vel naturā, vel ex insti-
 tutione, eāq; aut hominū aut Dei, notum est. Ex quo patet, quod
 hic de signū ab ipso Deo institutū, sermo sit.

II. Signa autem hæc, vel 1. Torum Sacramentum signifi-
 cant, Rom. 4. v. 11. & tūm sunt signa non nudè significantia, sed ap-
 plicantia, & obsequantia Rom. 4. v. 11. ac exhibentia, Act. 2. v. 38.
 divinam promissionem, omnibūq; Sacramentū tām V. quàm N. T.
 conveniunt. Vel 2. Elementum visibile externum, ut ab Augu-
 stino usurpatum novimus. Et tunc signa sunt vel nudè adumbran-
 tia, significantia & representantia rem cælestem, & sic solum con-
 veniunt Sacramentū V. T. Hebr. 10. 1. vel significantia & exhiben-
 tia simul, & sic Sacramenta N. T. rectè signa dicuntur. Illa enim
 sunt signa rei cælestis, non absentis nudè significativa, sed presentis
 exhibitiva, significantia rei signate invisibilitatem, non absentiam,
 ut præsese Christi, Luc. 2. v. 12. Arca propitiatorii Exod. 25. & 37.
 & columba in Baptismate Christi, Matth. 3. v. 16.

III. Utro tandem sensu signum veniat, notatio & significa-
 tio semper est à sine, officio, seu effectu desumta.

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

De

Thematis in certo prædicamento constitutione.

Hactenus de vocu Onomatologiâ, illud jam porro attendendum, quomodo thema propositum in certo prædicamento possit constitui, quod esse vel maxime necesse duco, justam & exactam Sacramentorum definitionem tradere volentibus, quippe, cum nobis ex prædicamentis seu serie generum & specierum suo modo definiendis innotescat ratio.

II. Sacramenta itaq; licet diversimodè considerata, ad varia possint referri prædicamenta; attamen secundum principaliorum respectum, qui certam rei sedem in prædicamento certo præparat, & formaliter pro toto opere Sacramentali accepta, utiq; erunt vel in prædicamento Actionis vel Relationis, i. e. vel Actio vel Relatio, cum unice ab institutione dependant.

III. In prædicamento Relationis autem principaliter & formaliter Sacramenta constitui nequeunt, nec eorum genus esse potest signum, (ut Calvinus Assecla, & Bellarminus quoq; non obscure, statuunt.) alioqui maneret nuda quadam duntaxat *Χείρ* sive habitudo inter signum & rem signatam, quod absolum. Vocabulum autem signi hoc in loco natura generis plane repugnat, quippe quod Sacramentis essentialia non est. Esse enim signum sive sigillum divine gratie, remissionis peccatorum, & vite æternæ, quandoq; à Sacramentis potest abesse, ut ex Baptismate reproborum & hypocritarum constat. Jam verò quicquid à Sacramento separari potest, essentialia illi nullo modo est aut dicitur. Videntes hoc ipsum Calviniani paulatim sententiam mutarunt, & Sacramenta per actionem definire maluerunt, ut videre est apud Bucanum, Beza, & D. Johannem VVollebii.

IV. Hisce præmissis, nos juxta omnium orthodoxorum sententiam, Sacramenta in prædicamento Actionis ritè aolocamus, ut mox patebit.

Bucan. in
instir. pag.
602.

Bellarm.
c. 11. l. 1. de
Sacram. in
genere.

Bucan. in
inst. p. 607.
Beza vol. 1.
p. 312.

VVolleb. in
comp. The
olog p. 109.

© E Q

Apraliminari nunt, ad essentialem Sacramentorum considerationem, accessum ut faciamus, hic nobis tum materiale, tum formale considerandum venit.

SECTIO PRIMA.

De

Materiali Sacramentorum.

Materiale, sive genus Sacramenti constitui potest aliud nullum, quam ipsa actio. Cum enim supra demonstratum quod in praedicamento Relationis collocari nequeat, ipse quoque Spiritus S. Sacramenta instituens, verbis activis actionem requirentibus utitur. Et sane actio Sacramenti, ut quae sine illa esse non possunt, ipsam essentialiam largitur. Ex quo efficitur, Sacramentum utique per actionem, absolute & illimitate consideratam, recte definiti. Res enim uti sunt, ita etiam definiuntur, juxta omnium Logicorum traditionem.

II. De Genere Calvinianorum, per quod sacramenta definire illi est usitatum, nihil hic dicam, cum istius definitioni falsitas ex antecedentibus satis constet; unum saltem πρόβλημα, circa genus hoc Sacramentorum probe notandum, apponam, quod ita habet: Extra actionem divinitus institutam nihil Sacramenti rationem habet. Actio enim, cum sit essentialis, proprium & exclusivum Sacramentorum genus, (ut inductio docet omnium) a Sacramentis utique separari nullo modo potest nec debet. Neque, cui genus, actio, non convenit, ei species, Sacramentum, convenire potest. Hinc cuius diiudicare facile est de Bellarmini sententia, qui scribit: Panem rite consecratum verè & proprie esse Sacramentum, sive sumatur, sive servetur in pyxide. Contra manifestissima institutionis singularum verba. Imò quid ad verba Dei, Exod. 12. v. 10. respondebit? quae sic habent: nec remanebit quicquam ex eo usque manè. Sane actionem tollens Bellarminus, totum sacramentum, quantum in se est, sustulit. Quid? annon sacramenta à divina institutione pendent, ita ut sacramenta non sint, si non servetur in illis conscientibus ritus & institutio Domini? utique. Aqua enim non est Baptismus,

Bellarmin.
l. 4. c. 2. p.
790. C. de
S. Eucha-
ristia.

Scimus, nisi baptizando aspergatur. Panis & vinum non sunt
cœna Domini, nisi distribuuntur & manducentur. Ad hoc enim
non ad aliud aqua in Baptismo, panis & vinum in cœnâ, à Deo or-
dinata sunt.

SECTIO SECUNDA

De

Formali sacramentorum.

Formale sacramentorum per omnia causarum genera se diffun-
dit, circa quod considerata venit.

I. CAUSA EFFICIENS.

Cùm de ratione sit Sacramentorum, ut à Deo Autore divinitus
sunt instituta. (Sunt enim Dei mysteria I Cor. 4. v. 1.) Causa illo-
rum efficiens, princeps sive instituens nemo constituitur alius quàm
ipse Deus. Hic solus circumcisionis Sacramentum Abrahamo; Gen.
17. v. 10. & Paschatis Sacramentum Mosi; Exod. 12. v. 13, obser-
vandam demandavit. Huic institutio Baptismi, Matth. 28. v. 19.
& sacra cœna, I Cor. 11. v. 23. tribuitur & ascribitur. Et sanè
sunt efficaciter signa gratiæ sacramenta, jam autem nemo præter so-
lum unum verum Deum conferre gratiam spiritualem valet, qua-
propter & certum est, solius Dei esse condere media, per quæ offera-
tur gratia.

11. De hac causâ instituyente principali sequentes observandæ
sunt Canones, sive maxime.

CANON.

I. Cùm solus Deus Sacramentorum Autor & institutor
sit, certè humanâ autoritate neq; Sacramentum institui, neq; in
instituto à Deo quicquam, in iis quæ Sacramenti essentiam con-
stituunt, vel immutari vel dispensari debet. Non magis enim est
in hominum potestate Sacramenta condere, quàm novos fidei Artic-
ulos fingere: per hæc enim aquæ, quàm per illos gratia confertur, &
in ætrug, aliquid fide tenendum continetur. Hinc etiam Apostoli fa-
tentur ingenuè, se non Autores, & Institutores, sed tantum Sacra-
mentorum dispensatores esse I Cor. 4. v. 1.

B

2. Isa

2. In circumstantiis Sacramentorum, (salvâ manente illorum essentia, ut & Dei Christiq; intentione, nec non proprio eorum sine) urgente necessitate, & discessionis ab Hæreticis causâ, ut inevitabile scandali periculum, quoad fieri potest, vitetur, aliquid tanquam in re liberâ & indifferente mutare Ecclesiæ est concessum, adeo, ut qui illud negarit, libertatem Christianam auferre videatur. Si enim Davidi necessitate coacto licitum fuit comedere panes propektionis, quibus alias vesci nefas erat, 1 Sam 21. v. 6. si Christus manuum lotionem licite omisit, & peccatoribus se associavit, modo ut re ipsâ testificaretur, se errorum Phariseorum esse immunem; quidni & Christiani, pro libertate suâ, in ceremoniis Sacramentorum, casu necessitatis vel errores Adversariorum detestandi gratiâ, aliquid mutare esset permittitur? præstat siquidem leviem in circumstantiis admittere mutationem, salvâ sacramentali integritate, quàm vel minima consensus cum Hæreticis edere indicia.

III. Instituit autem Deus Sacramenta mediante verbo. Verbo inquam institutionis i.e. verbo 1. Consecrationis sive ordinationis. 2. mandati seu præceptionis. Nam promissionis quidem verbum ad causam finalem referendum est. Etenim cum verbum institutionis, proprie dictum, cum re terrenâ & cœlesti sacramentaliter nunquam uniat, & virtute verborum ex institutione Christi, ipsa quidem unio sacramentalis rei terrenæ & cœlestis fiat, verbum verò unionem hanc, ut & essentiam sacramentorum non ingrediatur, adeoq; ad materiam vel formam commodè referri non possit, ut multum similibus optime declarari potest; non possum non facere cum D. Huttero, verbum *αὐτοῦ μνησθέν* constituyente, cujus sententiæ subscribere videtur Brochmannus, & ejus fundamentum ipsa scriptura suppeditat Gen. 17. v. 10. & 11. ita agens: circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum fœderis, hoc est pactum meam quod observabitis. Qui locus arguit, circumcisionem sœdus Dei esse. Et verba Exod. 12. v. 3. & 4. Dixit Dominus tollat unusquisq; agnum & c. Causa sunt, cur ista agni mactatio sacramenti loco habeatur.

CANON.

Nihil habet rationem Sacramenti proprie dicti, nisi immediate

diatè ab ipso Deo sit institutum, certoq; verbo sancitum. *Fra-*
stra enim Deus colitur mandatis hominum, Matth. 15. v. 9. & qua
Deus precepit nobis, illa tantum facere debemus, Deut. 12, vers. ult.
Unde & Paulus Ecclesia Corinthaca testatur, se à Domino accepisse,
quod illi tradiderit, 1 Cor. 11. v. 23. Ex hinc facile futurum est
judicium de Pontificiorum sacramentorum numero septenario, i-
temq; quod verbum accedat ad elementum ut fiat sacramentum, ni-
mirum ut ἄλλο essentialè, non quidem οὐρανὸν sive internum, sed
ἄλλο sive externum, non constitutivum, sed institutivum.

IV. *Causa sacramentorum administrans est minister Ecclesie*
ordinarius legitimeq; vocatus. Ut qui est legatus Christi, 2 Cor. 5.
v. 20. Minister ac dispensator mysteriorum Dei, 1 Cor. 4. v. 1. Coepe-
rarius Dei & cujus ministerio homines credunt, 1 Cor. 3. v. 5. & 9.
& salvantur, 1 Tim. 4. v. 16. Cum enim Deus sacramenta, (exce-
pta primâ institutione) immediatè hodie dispensare nolit, visum est
illi adhibere ministerium hominum, qui thesaurum non solùm verbû
sui, sed & Sacramentorum, gestarent ἐν ἑσπερίοις ὁκέεσσι
2 Cor. 4. v. 7.

CANON.

1. *Causa Sacramentorum administra ordinaria, non qui-*
libet est Christianus, sed soli Ecclesie ministri, sacro concio-
nandi muneri legitimâ vocatione solemniter inaugurati. Nemo
eum debet currere nisi sit missus Jerem. 23. v. 21. predicare nemo
potest nisi missus fuerit à Deo Rom. 10. v. 15. nec quiquam sumit sibi
honorem, nisi à Deo vocatus. Hebr. 5. v. 4. Cum sciat voluntatem
Dei, volentis partes Ecclesiastici muneris tantum illi manere pro-
prias, qui ad docendum legitime sunt vocati.

2. *Causa hæc administrans ordinaria, urgente extrema*
necessitate, & Ecclesiastici status confusione, idq; solùm in sa-
cramento initiationis, non excludit causam extra ordinariam,
quæ tum temporis quilibet Christianus, imò ipsi parentes, ut ait
Balduinus, esse possunt. Ubi enim dūjunctum hoc militat: aut Ba-
p-tismus intermittendus, aut Laicorum Baptismus admittendus; ibi
sanc vel sæmina, vel quivis Christianus, dispensator & minister Sa-

eramenti esse potest. modo ea observet quae à Christo instituta sunt.
 Urget hoc summa Baptismi necessitas Joh. 3. v. 5. descripta. Talis
 autem Baptismus in necessitati inevitabili casu à laico quodam ad-
 ministratus, est & manet verum sacramentum: hinc enim valet regu-
 la: virtus & efficacia sacramentorum, non ex dispensantis auto-
 ritate, sed ex divina Dei influentis dependet veritate. Et si
 Deus circumcisionem à sceminis, Exod. 4. v. 25. & 26. 1 Maccab. 1.
 v. 63. 2 Maccab. 6. v. 10. in necessitati casu, (ubi virorum, ad quos
 circumcisio pertinebat, copia haberi non poterat) administratam, le-
 gitimam habuit, quidni Baptismus à laico administratum approba-
 ret. Impia dehinc & certè blasphema est Beza sententia, damni scri-
 bit, sese malle ab ipsomet Diabolo, in ministerij Cathedræ sedente,
 baptizatum esse, quàm à privato Christiano; qui non sit in ordinari-
 ministerio verbi.

Ursin. pag.
 206. de u-
 sione sa-
 cram.

3. Minister Ecclesiae in sacramentorum dispensatione,
 unà cum signis sive symbolis externis, res coelestes sacramenta-
 les offert omnibus; res sacramenti spirituales confert omnibus
 fidelibus. Quod falsò negant Calviniani, praesertim Ursinus dum
 scribit: Fideles in usu legitimo à ministris signa tantùm, à Chri-
 sto verò res significatas accipere. Cùm enim Baptismus à verbis
 divini ministro administratus, verè sit *ἕνεκεν πλὴν ὑπερτιθέσθαι* Eph.
 5. v. 26. & panis, qui ab eodem in sacra caena administratione distri-
 buitur, *ἕνεκεν* corporis Christi, & vinum *ἕνεκεν* sanguinis Chri-
 sti sit, 1. Cor. 10. v. 16. Colligitur inde, dicere, quod minister cum
 symbolis non unà conferat rem coelestem, nihil aliud esse, quàm præ-
 fractè sacrarum literarum veritati contradicere.

4. Minister vel impius, vel Hæreticus, verum & salutare
 administrare potest sacramentum, modo sacramenti retineat es-
 sentialia. Tota siquidem virtus & veritas sacramentorum, non à qua-
 litate ministri, sed ab institutione Christi dependet; hic neq; qui plan-
 tas neq; qui rigat est aliquid: sed qui dat incrementum, Deus, 1. Cor. 3. v. 7.
 Et Deus solus est qui baptizat, sed tamen mediat: Nihil itaq; refert,
 utrum per canalem vel lapideum vel argenteum aqua ad areolas ir-
 rigandas transeat; vita enim ministri non mutat vim sacramenti,
 qua à Deo solitarie & unice dependet:

s. Sacra-

5. Sacramentorum vis & efficacia ab intentione ministræ
 interiori non suspendenda, ut Bellarminus contendit. *Causa e.* Bellarm.
 instrumentali agit hic in virtute cause principalis, non secundum c. 27. L. 7.
 propriam formam, sed secundum virtutem ejus à quo movetur, ut de sacra-
 Thom. ait. Dehinc ministri hic non considerandi ~~de personis~~, ment.
 sive respectu persone, sed ~~de personis~~, i. e. respectu officij, sacra-
 mentorum enim integritas à conditione persone ministri, bene est
 distinguenda. Necessitas præcepti à necessitate sacramentij & sanè si
 sacramenta pendent ab intentione ministræ, non v. ab institutione Dei,
 omni consolatio eriperetur miseris conscientibus, quibus ignota sunt mi-
 ministri, rem sacræ administrantibus, cogitationes. Et Bellarminiana distin-
 ctio, certitudinis de justificatione infalibilis, & moralis seu humane,
 profectò nulla est. Interim distinguendum inter intentionem de ipsa Sa-
 cramentis actione celebrandâ, & inter intentionem de fine consequendo.

Bellarm.
 c. 28. L. 1.
 de sacra-
 ment. in
 gen. p. 137.
 C.

II. MATERIA.

Cum ex illorum non simus numero, qui olim omnem sacramen-
 ti materiam denegarunt, pauca de ipsa Sacramentorum materia
 subjungimus.

II. Illa autem est res certa, in cujusq; sacramenti institutio-
 ne peculiari, certo & expresso verbo determinata. D. Nicolaus
 Hunnius. Sic in circumcissione materia est præputium, Gen. 17. v. 14.
 in agno Pascali agnus certo ritu mactandus & manducandus, Exod.
 12. in Baptismo aqua sed non sola. Act. 8. in sacramento eucharistia
 panis & vinum, sed non solum 1 Cor. 11. v. 23.

CANON.

Materiam sacramentorum terrenam, sive symbola exter-
 na nemo mortalium pro autoritate mutare potest ac debet. Illa
 enim ex institutione cujusvis sacramenti unice petenda. Probare
 itaq; sententiam Toleti aliorumve non possumus, qui materiam hanc
 sacramentorum terrenam ab hominibus mutari, præsertim Baptismum
 in lixivio, brodio carnium, vel piscium dispensari posse, docuerunt.
 Nobis sanè nihil sanctius, melius ac tutius, quàm unius Christi auto-
 ritate nos esse contentos, Calvinus.

Calv. L. 4.
 Inst. c. 15.

B 3

III. FOR-

III. FORMA.

Sacramenta, prout formaliter considerantur, duobus potissimum actibus in esse suo absolvuntur. 1. Ipsa sacramentali unione, 2. ipsa totali & sacramentali actione, in verbis institutionum descripta.

II. Unio seu potius unio sacramentalis, forma sacramentorum interna dicitur, quemadmodum, admodum Reverendus & Excellentissimus Dominus D. Stephanus Clotzius, Præceptor meus omni observantiæ cultu prosequendus, Baptismatis formam internam vocari unionem Sacramentalem dicit. Quoniam enim Deus ipse unit rem terrenam cum cælesti, hac unio dat totum esse rei, ut ipse res unita Sacramentum nuncupari possint, quod fieri utiq; nullo modo posset, nisi ista unio & parte Dei præcessisset.

D. Steph.
Clotz in
disput. po-
ster. de
Baptismo
sect. 2.

III. Hæc autem forma pro diversitate sacramentorum V. & N. T. contrahitur per específicos respectus ex ipsis sacris literis desumptos, respectus autem hi sunt: Sacramenta V. T. sunt signa $\sigma\mu\lambda\lambda\alpha\iota$, umbra, figure corporis, i. e. Christi, Hebr. 10. v. 1. Col. 2. v. 16 & 17. & sic unio $\sigma\mu\lambda\lambda\alpha\iota$ est eorum quasi forma constitutiva. Sacramenta N. T. sic describuntur, ut sint $\kappa\omicron\iota\nu\omega\mu\epsilon\tau\alpha$ & participatio sive communicatio corporis & sanguinis Christi, 1 Cor. 10. vers. 16. & sic ibi datur $\sigma\mu\lambda\lambda\alpha\iota$ $\kappa\omicron\iota\nu\omega\mu\epsilon\tau\alpha$ $\sigma\mu\lambda\lambda\alpha\iota$ sive realis i. e. vera, non figurata, non significativa aut typica.

IV. Actio sacramentalis, secundum institutionem administrata, partim $\epsilon\upsilon\delta\omega\sigma\tau\epsilon\iota$ partim $\epsilon\upsilon\lambda\eta\psi\tau\epsilon\iota$ existens, formam sacramenti externam recte constituitur. Posita enim hac actione sacramentali, & quidem totali, ponitur totum & integrum sacramentum; sublata vero actione, ipsum sacramentum tollitur. Vid. supra ubi de genere Sacramentorum fuit dictum. Quin eadem sacramentum ab omnibus reliquis actionibus & ritibus divinis discriminat, certamq; speciem constituit, & cum definito recipiatur.

CANONES.

Polan. syn.
289. Theol.
l. 6. c. 49.
p. 1578.

1. Analogia merè significativa non est essentialis & propria sacramentorum forma, ut volunt Calviniani. Est enim 1. Accidens Commune, & competit non solum sacrificiis, sed & reliquis

quæ typicæ actionibus, ut manducationi mannae, Israëlitarum ex-
 terâ bibitioni, & aliis, in quibus & hac elucet analogia. 2. Accidens
 separabile; est enim & manet hæc analogia in pane, vino, aqua, et-
 iam extra usum sacramenti. 3. Nec in verbis institutionis expressa,
 nec non Ἀεὶ ἰσχυρὰ contraria, tum sacrarum literarum assertioni,
 (quandoquidem sic essent V.T. sacramenta N.T. sacramentis clariora
 & illustriora, ut ex sanguine Agni paschali Exod. 12. patet) tum
 Ecclesiastico Canonis, sic habenti: Extra actionem divinitus insti-
 tutam nihil habet rationem sacramenti. Deniq; propria accedit
 Calvinianorum confessio: sic enim Beza: Quænam est sacramen-
 torum forma? & illa ipsa actio externa, legitime observata, i-
 temq; actio Spiritus sancti interna.

Bezan. in
 Loc. 46.
 mihi pag.
 560.

Beza in
 quest. &
 resp. sacr.
 quest. 36.

2. Sacramentum est & manet integrum sine fide sumen-
 tis. Non enim hic respicimus usum & fructum sacramentorum, qui
 sine fide non percipitur, infideli siquidem sacramenta tam abest ut
 profint, quin potius obfint, attestante Paulo 1 Cor. 11. vers. 27. & 29.
 sed ipsam de sacramentis questionem, essentiam & formam sacramen-
 torum concernentem, à quâ fidem, tanquam non necessariam, meri-
 to excludimus, Canonemq; Augustini contra piscatorem, (Sacramen-
 ta à fide sumentis velut à causâ formali saltem ex parte pendere, af-
 ferentem) & Keckermannum, (illum, qui sine fide sacri utitur si-
 gnis, non percipere ipsum formale sacramentorum, sed tantum mate-
 riale, contendentem) approbamus, qui sic habet: Non interest, cum
 de sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, &
 quali fide imbutus sit ille, qui sacramentum accipit: fieri enim
 potest, ut homo integrum habeat sacramentum, & perversam
 fidem. Fide autem essentiam sacramentorum non constitui proba-
 tur, 1. Institutionis verbis, ubi tantum, quâ salutarem usum, neuti-
 quam verò quâ sacramenti integritatem, fides requiritur, 1 Cor. 11.
 v. 25. Hoc facite quotiescumq; biberitis in mei commemorationem.
 Ubi certè aliud est bibere, aliud bibere in Christi commemorationem.
 2. Exemplo Juda Luc. 22. & testimonii scripturae, quæ disertè tra-
 dit, quod infideles & indigne comedentes rei fiant corporis & san-
 guinis Christi, 1 Cor. 11. v. 27. 3. Ex disjunctione fidei & Sacra-
 menti;

Pisc. con-
 tra Hoffm.
 p. 147.
 Keckerm.
 l. 3. system.
 Theol. c. 8.
 p. 446.

menti; nota enim sunt verba spiritus S. Marc. 16. v. 16. qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit. Ubi certe licet coordinati, tamen diiuncti sunt actus: Sacramentum, seu Baptismus, & fides. Et si fides Sacramento confirmatur, ut Ursinus docet, quomodo essentialis sacramenti confirmanti pars esse poterit? Hinc est quod scribit Martyr. in Martyr, Sacramenta affirmamus esse sacramenta, quamvis aut infirma, aut etiam NULLA sit fides tua. Et Bucanus: Fides non efficit sacramentum, sed institutio, sive credat quis, sive non credat, si legitimè sacramentum administratur, verum sacramentum sumit. Subscribit Alstedius hijs verbis: Ut fides non facit verbum Evangelii, ita nec sacramentum.

Martyr. in
L. C. classe
4. c. 7 §. 16.
Bucan In-
fir. Loc. 46
p. 564 q. 18
Alsted. in
summa ca-
sum con-
scient.
p. 48 §. 9.

IV. CAUSA FINALIS.

Finis Sacramentorum duplex est. Finis $\bar{\omega}$, & finis $\bar{\xi}$.

II. Finis cui, $\bar{\omega}$ $\bar{\xi}$, est homo vivus, $\bar{\omega}$ $\bar{\xi}$, est actus quilibet in Ecclesia constitutus, cuius specialior consideratio, specialis sacramentorum tractationi reservatur.

III. Finis $\bar{\xi}$ itidem duplex est: Primarius & Secundarius. Missio autem sine secundo, extra controversiam posito, & ad precepta dimisso, finem eorum principalem, sive primum ponimus, quiratione Dei est, gratiam conferre, ratione nostri verò, fidem nostram super promissione Dei, de gratia, remissione peccatorum gratuità, salute, & vitâ aeterna, confirmare & obfirmare.

CANONES.

I. Sacramenta sunt media Dei efficacia gratiæ seu clementiæ Dei conferendæ. Canonis huius veritatem impugnant Calviniani, Weigeliani, & Sociniani, qui pugnant contra nos, 1. Oppositione vel finium principalium & minus principalium, vel coordinatorum, vel cause principalis & instrumentalis; & sic fallaciâ oppositionis nos eludere querunt. 2. Rationibus ex scripturâ hinc detortis, de quibus in discursu videbimus. Nos autem jam nostram huius rationibus probamus propositionem. 1. Simili, ex conditione Evangelij desumpto, ut enim istud, sic hac verba scilicet $\bar{\omega}$ $\bar{\xi}$, Evangelij epitoze, sunt media, 2. Ab attributi effecti; sic per circumci-

tionem

tionem non solum Abrahæ posteris, nascitur à filii iræ, Ephes. 2. sed etiam
 ἡ ἐκκλησία Dei populus fiebant. Sic per sacramentum agni Pascha-
 li in omnium Ægyptiorum internecione, gratia Dei conferebatur I-
 srahælitæ, ut essent huic communi interitui exempti. Sic Baptismus
 dicitur lavacrum regenerationis, Tit. 3. v. 5. per illum Deus salvat.
 1 Pet. 3. v. 21. Ecclesiam mundat, Ephes. 5. v. 26. medium quo in for-
 dus Dei recipimur, 1 Pet. 3. v. 21. quo Christum induimus, Gal. 3. v.
 27. medium impetrandi beneficia mortis Christi, Rom. 6. v. 3. remis-
 sionem peccatorum, Act. 2. v. 38 Cap. 22. v. 16. Spiritum sanctum,
 Act. 2. v. 38. medium futura iræ declinanda, Luc. 3. v. 7. Sic cœ-
 na Domini est medium, offerens sanguinem in remissionem peccato-
 rum effusum, Matth. 26. v. 27. & corpus Christi pro nobis datum,
 Luc. 22. v. 19. sic per eundem panem benedictum membrum Christi
 mysticum reddimur, 1 Cor. 10. v. 17. 3. A præfracta scripturæ de-
 torione, sic enim nulla verba propria de Sacramentorum fine, sacris
 in literis extarent. Propriam addo deniq; Calvinianorum confessio-
 nem. Calvinus enim ipse concedit, Sacramenta esse instrumentales
 conferende nobis gratiæ causas; cum quo prorsus concordat Marlor-
 ratus.

2. Sacramenta V. T. (Circumcisio & agnus paschalè) non
 nuda conditio sine quâ non, non opera hominum meritoria, sed
 Dei media seu organa, sive causæ instrumentales fuerunt, per
 quas patribus obtulit promissionem de suâ clementiâ & remissio-
 ne peccatorum, eandemq; obsignavit. Negant hanc Sacramen-
 torum V. T. efficientiam Pontificii, & quanquam hic quot capita, tot
 sensus; tamen quia illa dissensio tollitur in Concilio Florentino, per hoc
 decretum: Sacramenta antiquæ legis non causabant gratiam; sed
 eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant: nostra
 verò novæ legis & continent gratiam, & eam dignè suscipien-
 tibus conferunt; Istam sententiarum varietatem seponemus, præ-
 fertim cum & Bellarm. huic Concilio subscribat, asserendo: Sacra-
 menta V. T. fuisse solum conditionem sine qua non fides, operaretur,
 Ceu quod idem est, gratiam conferre ex opere operantis, i. e. propter
 fidem & devotionem. Ex quo colligitur hac illorum sententia, sa-
 cramen-

Cal. in Anto
 Conc. Tri-
 dent. Sess. 7
 can. 5.

Marlor. in
 Comment.
 super cap.
 s. ad Eph.
 mihi pag.
 273.

Bellarmin.
l. 2. c. 1.
p. 147. C.
de Sacram.

eramenta N. T. non prodesse at Dei media, sed ut nostra merita, seu per modum meriti. Sed nostri propositi Canonis veritas sua luce lu-
cet. 1. Enim annexa promissio Circumcisioni spirituali, ero Deus
tuis & semini tui Gen. 17. v. 7. quæ promissio non solum gratiosam
Dei presentiam, Lev. 26. v. 12. sed & gratuitam peccatorum remissi-
onem, Jerem. 31. v. 33. & 34. infert. Hinc Paulus circumcisionem
& Θεοῦ γὰρ τῆς δικαιοσύνης, i. e. non imputationi peccatorum fuisse
scribit, Rom. 4. v. 11. & 8. Annexa etiam, negligenti proposita, com-
minatio, obrationem, quia irritum fecit fœdus Dei, Gen. 17. vers. 14.
2. Agnum paschalem typum fuisse Christi, pro genere humano ma-
tand; & efficacæ confirmandæ fidei organum, satis testatur Paulus,
1 Cor. 5. v. 7. dum dicit, quod Christus immolatus sit pascha nostrum.
Et Hebr. III. v. 28. Moſen per fidem pascha fecisse dicit. Satis ad lucidè
hoc ex libro Sapientia evincitur, qui cap. 18. v. 7. affirmat, quod a-
gnus paschalis in confirmationem promissionis divine sit institutus,
verba sic habent: Ἐξέστη ἡ νόσος ἀπὸ τοῦ ἔθους καὶ ἐπέσχετο τὸ πᾶν τὸ ἔθνος ἡμῶν. Ἰσχυ-
αὶς φιλῶς εἰδόντες οἱς ὄπισθεν ὄρασις ἐπὶ θυμῷ ἡμῶν. Idem
etiam ex attributis Sacramentorum effectibus patet, de quibus in præ-
cedenti questione fuit actum

3. Actio externa Sacramentalis N. T. ex parte Dei me-
dium est efficacæ, conferens gratiam seu clementiam divinam, sed
non nisi fiducialis adsit apprehensio promissionis Evangelicæ, de
eâdem gratiâ, ex parte sumentis; tanquam medium ἀντιληπτικόν
seu recipiens. Hic Canon contra Pontificios est positus, qui, quan-
quam admodum obscuri, statuunt contrarium istâ hypotefi: Sacra-
menta N. T. conferunt gratiam ex opere operato. Ex nostrati-
bus autem nemo dixit unquam, nullam esse aliâ efficaciam Sacra-
mentorum N. T., nisi ad alendam fidem, per modum objecti, represen-
tanti promissionem divinam, ut Pontificii nos criminantur; sed id,
quod in Canone, sonat à voce profitemur ad unum omnes, nimirum:
Sacramenta ex parte Dei esse media efficaciam, gratiam conferen-

Bellarmin.
l. 2. c. 1.
p. 146. D.
de Sacram.

Luther. in
l. de captiv.
Babyl. cap.
Baptismo.

tia & c. Nec hæc in parte non dissentimus à Calvinianis. Dicit qui-
dem & Lutherus: Baptismus neminem justificat, nec prodest, sed fi-
des in verbum promissionis. Verum loquitur ibi non absolute, (in
Catechi-

Catechismo enim conjungit fidem & Baptifinum) sed comparatè, re-
 spectu habito ad precedentem disputationem scholasticorum, qui fi-
 dem tanquam causam instrumentalem non requirunt ad Sacramen-
 torum salutarem usum: à quorum sententia Bellarminus, licet disce-
 dere videri vult, non tamen discedit. Scholasticus enim ex opere o-
 perato prodesse, significat, sine fide, bonoq; motu interiori insuscipien-
 te significare & conferre gratiam. Bellarm. dicit contra: Fides Bellarm.
 requiritur sed 1. Non semper, non in infantibus, credere, sicut ait, non l. 1. c. 2. p. 8.
 valentibus. 2. Fides, sed quænam? non fiducialis apprehensio pro- B. de Sa-
 missionis Evangelica de remissione peccatorum: sed talis, quæ nudâ cram.
 tantum notitiâ generali tantum assensu definitur. Requiritur fi- Bellarm.
 des, sed qualis? quæ sit dispositio ex parte subjecti, tollens solum ob l. 2. c. 11.
 stacula, non quæ sit ex parte nostra instrumentum & medium, quo p. 181. A.
 oblata in verbo & sacramentū bona amplectimur, præterea gratia sa- & 183. A.
 cramentali eidem non est clementia Dei & favor, sed inherens ali- de sacram.
 quibus donorum gratuitorum habitus, ad quem fides se habeat ut disposi-
 tio. Si verò talis deberet precedere dispositio, ut efficax esset Sacra- Bellarm.
 mentum, tunc ille habitus nec posset introduci in infantes: nec prorsus l. 1. c. 2. p. 8.
 dignitas suscipientis excluderetur, quam tamen Bellarminus vult ex- B. C. de
 clusam; talis enim dispositio est quædam in nobis dignitas. Talis Sacram.
 verò fides quidvis erit potius, quam vera & salvifica fides, quæ, (ipso Bellarm.
 Bellarm. taliter statvente) à suscipiente necessario requiritur, si alias Bellarm.
 salutarem usum & fructū sacramentorum percipere cupit, ut subsequen- l. 1. c. 2. p. 8.
 tibus probatur rationibus. Qualis enim 1. requiritur fides in verbo B. C. de
 concionandi, talis etiam requiritur fides in sacramentū, sive in verbo Sacram.
 sacramentali. At in illo requiritur fides quæ sit fiducialis apprehen-
 sio, non nuda notitia, & generalis tantum assensus ipsius verbi. B. 2.
 Ubicunq; est medium promittens gratiam seu clementiam divinam, l. 1. c. 2. p. 8.
 ibi certe necesse est sit medium, promissionem non solum agnoscens, & l. 1. c. 2. p. 8.
 generaliter veram reputans, sed recipiens & fiducialiter & amox-
 ex dōx jar apprehendens, alias enim gratia promissa nil prodesset, atq; l. 1. c. 2. p. 8.
 in sacramentū datur tale medium promittens gratiam & clementi-
 am divinam. E. Et tantum de Bellarm. subterfugio dictum sufficiat,
 quæstionem illam, num fides ad salutarem sacramentorum usum ne-
 cessario

cessario requiratur, necne? cum adeo sit perspicua, ut & inde ipse Bellarm. quoniam excludere non audeat, vocu tantum ambiguitate ludat, brevitatis causâ consulto pratermittimus.

4. Sacramenta N. T. sunt sigilla, testimonia sive pignora testificativa & confirmativa promissionis, de gratuita peccatorum remissione, propter fidem promissioni divinæ inhærentem. quia Abrahamus tanquam pater omnium credentium signum circumcissionis, signaculum justitiæ fidei in præputio accepit, i. e. in testimonium quod esset justus coram Deo, quia crediderat promissioni divinæ. Non autem soli patri Abrahamo circumcissio sigillum justitiæ fuit, sed & posteris ejus. Sicut enim non soli Abrahamo, sed & posteris signum circumcissionis à Deo datum, ita etiam ad eundem finem, nimirum ut scirent, quod & ipsis credentibus fides ad justitiam debeat imputari. Rom. 4. v. 11. Abraham enim hic quidem primus, sed non solus, hoc signum, quod signaculum justitiæ fidei fuit, accepit. Exhinc & Jo. Nathan, 1 Sam. 14. v. 6. & David, 1 Sam. 17. v. 26. & 36. hoc ipso circumcissionis signo adversus Dei hostes sese confirmarunt. Quod si verò istud in præputio signum circumcissionis tam certissimum de Dei gratia testimonium, & fidei sustentaculum fuit: quanto magis Baptismi signum, in nomine S. S. Trinitatis collatum, sanguis & corpus Christi in cibum & potum datum, gratiam Dei pro ratione subjectorum conferat ac confirmabit. Hinc Baptismus emphaticè sanè dicitur ἀποδείξιμα ἡμετέρας σωτηρίας 1 Pet. 3. v. 21. hinc tres dicuntur esse testes qui testificantur in terra, spiritus, & aqua & sanguis 1 Job. 7. v. 7. & 8. hinc in cæna Dominicæ jubemur edere panem, & bibere vinum benedictum eis ἀναμνησιν Christi Luc. 22. v. 19. Errorem itaq; grandem errat Bellarm., dum hanc nostratium sententiam tanquam errantem refutat, præsertim hanc ob causam, quod & Calvinus, ut dicit, hanc ponat in sua definitione.

Bellarmin.
c. 14. l. 1.
p. 47. B.
de sacram.

5. Nulla Sacramenta, propriè dicta, imprimunt animæ indelebilem charactera, sive signum spirituale, quod sit absoluta quædam & impressa qualitas, faciatq; hominem aptum ad cultum divinum, configuret Christo, & distinguat ab aliis, notamque ejusmodi non habentibus. Qualem Bellarminus contrà statumina

11476

mare satagit. Sanè per charactera si vellems intelligere vel testimonium, signum aut sigillum de morte & passione Christi, per quod Christus crucifixus, & ejus manus pedesq; ferreū clavū transfixi, ante oculos nobis pingeretur, ut hoc testimonio in nobis quasi formaretur Gal. 3. v. 1. cap. 4. v. 19. vel signaculum & Spiritus S. testimonium internum. Rom. 8. vel notam & signum Christianos à gentilibus, Christi confessores ab Epicureis discernens, nos utiq; Pontificii haberent *opus* *in* *Q* *8*, sed horum nullum absoluta qualitate, & impressè indelebili Characteris nomen sortiri potest; quapropter cum & sine necessarià ratione, & evidenti auctoritate Innocentius, Tertius Pontifex, ejusmodi charactera obtruserit omnium primus, inde ab ipsis pontificiis sanè multū non approbatum, ipsis itidem Pontificiis de ejus quidditate, subjecto, predicamento seu specie, effectu, causis propter quas sit indelebilis, causis introductionis, personū, quibus imprimatur inter se digladiantibus, tam fragili fundamento fides nostra innitè nec volet, nec poterit, nec debet.

Bell arm.
c. 19. l. 2.
pag. 219.
& 220.

ΠΡΟΘΕΡΙΑ.

EX hisce ita præmissū Sacramenti, cum definitivè veritas, cum designata varietas, emergit.

SECTIO I.

De Definitione.

Definitio igitur colligitur exinde talis: Sacramentum est actio sacra divinitus instituta, quæ Deus per legitimū verbi ministrum, sub externo & visibili signo, bona cœlestia, verbo institutionis determinata, non solum singulis utentibus offert, verum etiam fidelibus & verè credentibus suam gratiam, remissionem peccatorum, justitiam & salutem applicat & obsignat.

C 3

SE-

SECTIO II.

De Divisione.

ET dividitur ratione temporis in Sacramenta V. Noviꝝ T. hac sc̄a-
cramenta ut in multis conveniunt, sic tamen plurimum inter se
differunt, promulgatione. materiã terrenã peculiari verbo expressã,
formã specificã, & objecto.

CANON.

DUo tantum, non plura V. T. Duo tantum, non plura N. T.
proprie dicta dantur Sacramenta, quod facile patebit ex Sacra-
menti requisitis, ex ipsã essentiali tractatione sponte suã fluentibus,
& inde pro re natã facile deducendũ.

2. Sacramenta V. T. sunt, circumcisio & Agnus pascha-
lis, N. Test. Baptismus & Coena Domini. καὶ τὰν ἄμειν πῶς
τῶν.

τῶ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰῶνων ἀφ' ἡρῶ, ἀρετῶν μόνω σφῶ ὁσῶ
πμῆ καὶ δόξα εἰς τῆς αἰῶνας τῶν αἰῶνων,

A M H N.





IR ð Marce sies Marci de nomine di-
cte, &

V Andrea . fortis martyr uterqꝫ Dei cōst:
Hæ velut intrepidè Dominumqꝫ, homi-
nemqꝫ fatentur ;

Ille suâ ut signat voce, manuqꝫ Deum,
Veracem in verbo, testamentoqꝫ potentem :
veraci fide, & fide potente Deo.

Ille tuam verax linguam, viresqꝫ potenter
dirigat in laudem nominis ipse sui.

Non Sacramentorum moveat collatio, non te
Pontifices flectant, Bez a, Polanus, homo.

Qui verax Christus novit tibi dicere vera, &
quæ dixit sapiens, ipse potens faciet.

L. M. Q. F.

M. Evvaldus Ribe,
Scholæ Rost. Rector.

Ad

Ad Præstantissimum, ac Literatissimum
DN. RESPONDENTEM,

Popularem & Amicum suum
singularem.

MARCUS ANDREÆ,

ἀναγεγραμ.

**NÆ AD REM CURAS.
EN REDAMA CURAS.
NAM ACERES, DURA.**

S *Acramentorum* clarâ suffundere luce
Pervigili studio *dogmata* dia paras.
NÆ grator. bibulum non scindis litus aratrô.
AD REM quem **CURAS** applicuisse scio.
Non te poeniteat, sulcos duxisse papyrô,
ENREDAMA CURAS. queis sine vita nihil,
Indole NAMq; ACER, curarum pondera ridens,
ACERES. obDURA. Sic onus almus honos!

JOHANNES REIMARUS
Præcæ Holstæus.



IRò Marce sies Marci
 ste, &
V Andrea. fortis marty
 Hi velut intrepidè Don
 nemq; fa
 Ille suâ ut signat voce,
 Veracem in verbo, testamentoq; pot
 veraci fide, & fide potente De
 Ille tuam verax linguam, viresq; pe
 dirigat in laudem nominis ipse
 Non Sacramentorum mo veat collat
 Pontifices flectant, Bez a, Pol
 Qui verax Christus novit tibi dicen
 qua dixit sapiens, ipse potens f

L. M. C

M. Evval

Schola



e di
 icst:
 omi
 um,

be,
 or.

Ad

